Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-798719-p0001-3

Wd. 67

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-798719-p0002-9

1) Ludolph Hugo de statu regionum Germaniae p.
2 Springer de pace religionis
3. Geisler de titulo: Nos Dei gratia. diss. duae.
4. Schleenstein de gratia principis.
5. Weidlingii illustriores controversiae iuris publici.
6. Thomasius de statuum imperii potestate legislat: y ius comune.
7. Boettiker de Secularisatione.
8. Naeuius de potestate principis circa iurisdictionem et discipl. ecclesiasticam.
9. Gribner de iure legitimandi principum imperii.
10. Werner de regali vectigalium iure.
11. Rhetius de iure portuum.
12 Eichel de aucupio eiusq. iure.
13. Reichenberg de compendiis principum & iure Rom. ad habitum territor. germanicorum.
14. Stigliz de immutabilitate primogeniturae.
15. Schoepfer de alimentis et dote filiarum nobilium.
16 Ziegler de iure exigendi collectas ad elocationem filiarum illustrium.
17. Mencke de insidiis vasalli in dominum.
18 Idem de feudo & pactis cum simultanea investitura alienabili.
19. Conradi de iure retractus in bonis Meierdingicis
20 Thulemarius von dem Engl. Orden St. Georgii u. Blauen Hosenbande
21. Kirchneri Respublica

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-798719-p0004-0

DISSERTATIO IVRIS PATRII

DE

# IVRE RETRACTVS IN BONIS MEIERDINGICIS PRAESERTIM AD REVERENDISSIMVM DOMINVM PRAEPOSITVM ET CAPITVLVM CATHEDRALIS ECCLESIAE HILDESIENSIS SPECTANTIBVS

QVAM

PRAESIDE

FRANCISCO CAROLO CONRADI

SERENISSIMO BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCI A CONSILIIS AVLAE IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA ANTECESSORE ORDINIS IVRISCONSVLTORVM SENIORE ET H. T. DECANO

A. D. VI. MAII MDCCXXXXVII.

IN IVLEO MAIORI

PVBLICE DEFENDET

IOANNES IODOCVS FLÖCKHER

ARNSBERGENSIS.

HELMSTADII

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII

ACAD. TYPOGR.

21

6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-798719-p0005-6

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-798719-p0006-2

REVERENDISSIMO

AC ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO

# HENRICO FRIDERICO PHILIPPO GODEFRIDO L. B. DE LOE

ECCLESIARVM CATHEDRALIVM HILDESIENSIS ET PADERBORNENSIS

RESPECTIVE

PRAEPOSITO

ET CANONICO CAPITVLARI

SERENISSIMI ELECTORIS COLONIENSIS PER CIVITATEM ET DIOECESIN

HILDESIENSEM

PROPRINCIPI

IN SPIRITVALIBVS AC TEMPORALIBVS

VICARIO GENERALI ET OFFICIALI

CONSILII INTIMI ET REGIMINIS PRAESIDI

DOMINO IN WISSEN MEER

ETC. ETC.

DOMINO MEO PERQVAM GRATIOSO

REVERENDISSIME AC
ILLVSTRISSIME
DOMINE PRAEPOSITE,
DOMINE PERQVAM GRATIOSE,

In conſpectum TVVM, REVERENDISSIME ATQVE ILLVSTRISSIME DOMINE, venerabundus prodire et ſtudiorum academicorum primitias deuotiſſima mente manuque offerre ſuſtineo. Hanc audaciam mihi inſpirarunt ſingularis ac ſumma TVA humanitas, qua indulgentem placidum-

dumque TE infimis etiam praebere ac facilem omnibus acceſſum permittere ſoles, tum maxima in honeſtarum diſciplinarum cultores benignitas. Imo vero inſignis, qua patrem meum cumulaſti, gratia pietatis gratique pectoris monumentum ſtatuere me iuſſit. Conatus itaque ſum partem aliquam iuris, in quo aequitatis et clementiae TVAE experimenta quotidie ſentiunt, qui litonicae legis mitiſſimis nexibus TE moderatore tenentur, praeſentibus paginis expoſitam, REVERENDISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO NOMINI TVO conſecrare. Adgrederer virtutum ac meritorum immortalium, quae omnium admirationem et amorem in TE iam olim conuerterunt, elogia adſcribere, niſi imbecillitatis meae conſcientia calamum inhiberet. Vota

igitur tantum nuncupo ardentiſſima pro perpetua TVA felicitate, VT DEVS T. O. M. ad longiſſimam aetatis humanae metam TE ſoſpitem vegetumque ſeruet atque omni fortunarum genere beatum, laetum, hilarem praeſtet. Quod precibus nunquam deſinendis ſupremum Numen orat

REVERENDISSIMAE ATQVE
ILLVSTRISSIMAE
EXCELLENTIAE TVAE

*deuotiſſimus ac humillimus cliens*
IOANNES IODOCVS FLÖCKHER.

DISSERTATIO IVRIS PATRII

DE

# IVRE RETRACTVS IN BONIS MEIERDINGICIS

PRAESERTIM AD R. D. PRAEPOSITVM ET CAPITVLVM CATHEDRALIS ECCLESIAE HILDESIENSIS SPECTANTIBVS.

---

## I.

Singularia prorſus BONORVM, quae MEIERDINGICA a) vo-



---

a) Pauca de illis tradidit IVSTVS HAHNIVS im Erb-Meyer-Recht *c. 17. n. 27. ſqq.* Mentionem tantum eorum fecit IO. PET. DE LVDEWIG in *Iure Client. German. Sect. III. c. 8. §. 24. et §. 25. not. f.* vbi lectorem remittit ad OLDENBVRGERI *Itinerar. iurid. tit. 5. §. 19. p. 515.*

vocantur, ſunt iura, pactis dominorum b) cum poſſeſſoribus eorum conſtituta,

p. 515. Statuta praecipua et formulas quasdam iuris meierdingici poſt HAHNIVM edidit IOH. WERN. GERICKE in *Schottelio illuſtr. et contin.* in *Append. c. 3.* Praeclare igitur de hoc iuris patrii argumento meriti ſunt illuſtres ICti, B. IO. GVIL. DE GOEBEL in *Diſſert. de Iure et iudicio ruſticorum fori Germanici*, paucos ante annos iterum plurimis cum augmentis edita, et in *Diſſert. de ſingularibus quibusdam praediis ruſticorum*, von Sattel-freyen / Meyerdings-Probſtings- und Laet-Gütern *Sect. IIII.* DAV. GE. STRVBE in *Tractatione de bonis meierdingicis, Acceſſionum ad comment. de iure villicorum parti I.* ſubiuncta. CHRIST. VLR. GRVPEN in *Obſeruatione de Steuris, petitionibus et ſeruitiis*, von Steuren / Beden und Dienſten / *Diſceptationibus forenſibus* annexa, et FRID. ES. PVFENDORF in *Libro de Iurisdict. German. P. I. c. 4. §. 60. et P. III. S. 3. c. 2. §. 14.* GOTTFRID. MASCOVIVS in *Notitia Iuris et Iudiciorum Brunsu. Luneburg. P. V. §. 13. et 14.* pro inſtituti ratione dixit de iudiciis meierdingicis, quae *cenſitica* vocat. Attigit ea quoque B. ES. PVFENDORF *Introduct. ad Proceſſ. ciu. Brunsu. Luneb. P. I. c. 10. §. 27.* Laudanda etiam eſt induſtria doctiſſ. RVD. AVG. NOLTENII, qui in *diatribe de Iuribus et conſuetudinibus circa villicos* ſupplementa quaedam edidit diſſertationis *de ſingularibus quibusdam praediis ruſticorum*, quam olim ſub praeſidio B. GOEBELII publice defendit. Ex eadem vero diſſertatione iura bonorum meierdingicorum breuiter delinearunt Viri celeberrimi IO. LAVR. FLEISCHER *Inſt. Iuris feud. c. 3. §. 31. ſeq.* et FRID. CAROL. BVRI in der Erläuterung des in Teutſchland üblichen Lehn-Rechts *p. 1165.*

b) Ab his pactis dominorum cum colonis, dem Ge-

ta, c) atque ex propriis legibus et moribus d) placiti ſiue iudicii villicalis, DES MEI-

 ER-

ding der Guts-Herrn mit den Meyerdings-Leuten / nomen his bonis inditum eſſe perhibetur in teſtimoniis ab HAHNIO *l. c. n. 43.* allatis. Sed hanc nominis deriuationem iam refellit GERICKE *l. c.* §. *1.*

c) Collationem bonorum meierdingicorum cum meiericis bonis inſtituit GOEBEL *de ſing. quib. praed. ruſt. l. c.* §. *4. ſequ.* Dominium vtile, quali meierdingicorum bonorum poſſeſſores, die Meyerdings-Leute / gaudent, nec hodie competit villicis, den Meyern / in terris Brunsuico-Luneburgicis et Epiſcopatu Hildeſienſi, quamuis, quod olim habuerunt, ſimplex ius conductorum tranſierit in ius hereditarium. Vid. Dn. STRVBE *de iure villicor. c. 2. & c. 8.* Magis cum bonis meierdingicis conueniunt bona *Freidingica*, *Voigtdingica*, *Probstdingica*, *Haegermannica*, *Latica.* GOEBEL *de iure et iudic. ruſticor. c. 2.* §. *15. ſeq.* Praeſertim vero Freidingica, die Freydings-Güter / parum differunt a meierdingicis, quod iam obſeruauit Dn. STRVBE *de bon. meierding.* §. 42.

d) Den Meyerdings-Artickeln / Meyerdings-Kundſchafft / Urtheln / ſo auf dem Meyerding gefragt / und unter den Meyerdings-Noten gefunden, erkannt / und eingebracht worden. GRVPEN *Obſ. cit. c. 2.* §. *12. p. 1057.* GOEBEL *de ſing. quib. praed. ruſt.* in *Adiunctis p. 116.* edidit Gemeine Urtheil / ſo auf dem hohen Meyerding *per Procuratorem* gefragt werden / quae etiam B. PVFENDORF *introduct. in Proceſſ. ciu. Br. Luneb.* in *Append. p. 783.* exhibuit. Inſigni ſtudio haec iura ex ſtatutis et ſententiis meierdingicis illuſtrauit Dn. STRVBE in laudata *tractatione.* Perpetuam horum iurium cuſtodiam ſo-

ERDINGES e), vnde et praediis his nomen eſt,

ſolemni rogatione et ſponſione firmari moris eſt. Ita in den gemeinen Urtheln des hohen Meyerdings in fine: Endlich gefragt: Ob die Meyerdings-Leute auch alle anietzo eingebrachte Urthel in Krafft halten und dabey bleiben wollen? Eingebracht: Ja/ ſollen bey ihren Kräfften bleiben und feſtiglich gehalten werden.

e) Exacte reſpondet Germanicum nomen Ding Latino medii aeui vocabulo *Placitum*. Vtrumque enim notat et *conuentionem* et *iudicium*, ſicut et verbum dingen perinde ſignificat et *paciſci* et *litigare in iudicio*, ac verbum *placitare*. Vid. DV FRESNE in *Gloſſar. Lat. v. Placitum* et *placitare*, MENAGE *Origines de la langue Françoiſe, au mot, Plaider*, LEIBNITII *Collect. etymolog. P. II. p. 35.* DIECMANN, SCHILTER et WACHTER in *Gloſſariis Germ. v. Ding*, SCHOTTEL *de ſingularib. quib. Germ. iurib. c. 28. §. 14. ſeq.* MEINDERS *de Iudiciis centenar. Germ. §. 47. p. 43.* Nota hinc tot iudiciorum nomina, das Echte Ding/ Goding/ Landting/ Botting/ Holting/ Buding/ Voigtding/ Probſting/ Hägerding/ Freyding/ Laetting/ Meyerding. Dicta igitur *meierdingica bona*, quae *placito* ſiue *iudicio meierdingico* ſubiecta ſunt. Poſſeſſores horum bonorum appellati Meyerdings-Leute/ tanquam obnoxii huic iudicio: ſicut alias dicuntur Dingsgenoſſen/ Dingpflichtige/ *homines de placito generali*. Adſtrictae omnino iudicio meierdingico ſunt cauſſae et controuerſiae horum bonorum ſub poena priuationis, aut certe graui mulcta, ſi quis litem de iis in alio iudicio intendere auſus fuerit. STRVBE *cit. tr. §. 17.* Id quod et ſtatutis ſupremi iudicii meierdingici cautum, et perpetua rerum iudicatarum auctoritate firma-

eſt, f) aeſtimanda.

## II.

Origo horum bonorum a praediis mancipiorum, ſiue Litonum, a) ad curiam domi-

 nica-

firmatum eſt. Appellari etiam a ſententiis in iudicio meierdingico latis non poteſt, niſi ad dominum directum, eiusque ſupremum iudicium meierdingicum, cuius ſententiae ius faciunt inter partes, müſſen vor ein ausgehendes und ein vor allemahl abgethanes Recht unwiederſprechlich geachtet und gehalten werden.

f) Ad ſignificandam differentiam horum bonorum ab illis, quæ a villicis extraneis, freyen / inkommenden Meyern / conductionis lege olim tenebantur, ac proinde nec proprio iudicio villicali ſubiecta, neque conſortes vnius eiusdemque villicationis, vno eodemque iure curiae copulati, erant, qui illa colebant; Meyergüter / die zu keinem gewiſſen Ding-Hoff gehörig; Meyer / die keine Dingsgenoſſen waren. GRVPEN *Obſeruat. cit.* §. *11. p. 1053.* De Meierorum varia ſignificatione vid. IOACH. MEIER in *Antiquit. Meierian.* STRVBE *de Iure villicor. c. 1.* §. *5. ſ.*

a) *Lidi*, *Leudi*, *Liti*, *Litones*, vt varie idem nomen efferri et ſcribi ſolitum, eſt ipſum hodieque vſitatum vocabulum, Leute / vt probatum dedit DIECMANN *Specim. Gloſſ. Lat. Theot.* p. 38. *ſqq.* Sicut enim Latinum *Homines* in relatione ad certam perſonam, ita Germanicum *Liute*, Leute / notat ſingulari nexu deuinctos, quorum conditio pro ipſa nexus et ſtatus ipſorum ratione variat. Erant vero *Liti* mancipia voluntaria, homines, qui, quorumue parentes, non natiuitate aut captiuitate, ſed deditione ſua proprii effecti.

nicalem cum ſuis caſis et manſis b) pertinentium, repetenda eſt. c) Iudiciorum meierdingicorum initia ſunt a placitis curiarum dominicalium generalibus, d) ſiue iudiciis curtimarchiarum e) colonariis, quae in conuentu lito-

effecti. LINDENBROG in *Gloſſar.* D'ACHERY *Spicileg. Tom. IIII. p. 479.* Ex quo intelligi poteſt, quare cum litis benignius actum ſit, quam cum aliis ſeruis, quamuis non eadem vbique eorum ſors fuerit. Vid. POTGIESSER *de Statu ſeruor. Lib. I. c. 4. §. 68. ſq.* SCHANNAT in *Buchonia veteri p. 331.*

b) Dicti hi *manſi Litales*, *Litonici*, itemque *lediles.* Conuenit omnino bonis meierdingicis deſcriptio *manſorum ledilium*, quam facit CAESARIVS HEISTERBACENSIS *Gloſſ. in Regiſtrum Prumienſe p. 415.* *Manſi lediles ſunt, qui nobis multa iura ſoluunt, ſed tamen ita continue non ſeruiunt, ſicut manſi ſeruiles.* Debent enim bonorum meierdingicorum poſſeſſores varia iura et praeſtationes, non vero regulariter operas.

c) Euidentiſſime hoc demonſtrauit, ac ſpeciatim quidem de bonis meierdingorum Hildeſienſibus, Dn. STRVBE in *Parerg. Gœtting. lib. II. p. 5. ſeqq.* Sicut vero *Lati* iidem, qui *Luiti*, *Liti*: ita meierdingicos fundos, Lat-Gut / Lat-Höffe / appellatos, ipſa protocolla meierdingica ibi allata teſtantur.

d) De quibus Dn. GRVPEN in *Obſ. de iudiciis prouincialibus*, Von dem Landting / Landgerichten / *§. 6. p. 670. ſeq.* et *Obſ.* Von Steuren und Dienſten *c. 2. §. 9. in not. et §. 10. p. 1037. ſqq.*

e) *Curtimarchia*, *Hofmarchia*, iudicium villicale, ſiue placi-

litonum vnius eiusdemque familiae, vetuſto iurisdictionis domeſticae ritu, f) illis quoque ſententias ferentibus, inſtituebantur.

III.

Sunt igitur bonorum meierdingicorum iura hodieque primordiis eorum ſimillima, praeſertim quae in Reuerendiſſimi Domini Praepoſiti et Capituli Cathedralis Eccleſiae Hildeſienſis iudiciis a) ſeruantur. In his enim nemini

placitum cum familia ſiue mancipiis, vno eodemque iure curiae copulatis. Dn. GRVPEN *l. c. p. 1041. ſeqq. Iudicii Litonici* appellatione venire iudicia meierdingica, eaque Amt/ Ammecht/ Ambecht/ Latine *Officium*, praedia meierdingica, Ammecht-Hove / Ambecht-Hoff / vocari docet idem *ib. §. 8. p. 1030. ſeqq.* et *1055.* atque pluribus confirmat Dn. STRVBE in *Parerg. Goettingenſ. l. c. p. 17. ſ.* vbi illuſtrat inſignem locum in MARCI HOLTHVSEN, Decani Montis S. Mauritii prope Hildeſiam, *informatione ſuper impetitionibus bonorum*, apud LEIBNITIVM *Rer. Brunſuicenſ. Tom. II. p. 345. Si dicit* BONA LITONICA, *deſignet* OFFICIVM, *ad quod ſpectent et pertineant.*

f) Vid. omnino MEINDERS *de Iurisdictione colonaria, praediaria et inferiore, p. 44. ſeqq.* et *de Iudiciis centenariis, §. 21.* STRVBE *de bon. meierding. §. 29.*

a) Sunt illa 1) das Meyerding Borſum/ 2) Adlumb/ 3) Groſſen Allgermiſſen / 4) Itzumb / 5) Loſebeck / 6) Himmelsthür / 7) Hohen Eggelſen / 8) Groſſen Lafferde / 9) Söhlde / 10) Mully / 11) Barum / 12) Haſede / 13) Freyding Gronau / 14)

nemini conceditur fundus meierdingicus, niſi in litonicam ſeruitutem ſe addixerit. b) Vbique vero horum praediorum poſſeſſores dominium minus plenum c) habent: ac proinde nec alienare, nec oppignorare illa poſſunt, d)

14) Freyding Ewern / a quibus appellatur an das hohe Meyerding / welches iährlich auf dem Ritter-Saal gehalten wird. Antiquitatem horum iudiciorum euincunt monumenta, quae Dn. STRVBE attulit in *Parerg. Goetting. l. c. p. 6. ſqq.*

b) Vid. Reuerend. Capituli Cathedralis Eccleſiae Gegenbericht auf des Raths der Stadt Hildesheim überſchickte Articul de a. 1573. inter *adiuncta diſſertationis* B. GOEBELII *de ſing. quib. praed. ruſticor. p. 134.* et apud Dn. STRVBIVM *cit. tr. §. 9.* Alibi vero non omnes meierdingos eſſe litonicae ſeruituti obnoxios, perhibet atteſtatum de iuribus meierdingicis Coenobii S. Michaelis apud eundem §. *10.*

c) Gaudent omnino iure hereditario, quo bona meierdingica in ſucceſſores maſculos et foeminas transmittunt: ſed conſiſtit illud tantum in dominio vtili, quod a dominio directo des Guts-Herrn dependet. Dn. STRVBE *cit. tract. §. 2. et §. 42.* qui proinde bona meierdingica ait ſatis congruere emphyteuticis, §. 6. differentias tamen notat in *Additam. p. 320.* Recte igitur Dn. PVFENDORF *de iurisdict. Germ. P. III. S. III. c. 2. §. 14.* praedia meierdingica *iure beneficiali teneri*, dicit, *ad ſimilitudinem feudi.* Nam et olim *feodorum ſeruilium* nomine huius generis bona venerunt. SCHILTER *Inſt. Iur. feud. c. 3. §. 1.* et in *mantiſſa diſſert. de curiis dominicalib. p. 364.* in diplomate Ludouici Pii.

d) niſi accedente domini conſenſu e) et inueſtitura, f) laudemio ſoluto. g) Canon quoque annuus ſub poena caduci praeſtandus. h) Li-



d) Vid. Atteſtata ſupremi iudicii meierdingici et Dni Abbatis Coenobii S. Michaelis apud HAHNIVM *l. c. n. 45.* et STRVBIVM *cit. tract.* §. *38.*

e) Qui tamen ſicut perfecta iam alienatione impetrari poteſt, ita denegari ſine legitima cauſa nequit, modo alienatio fiat in perſonas horum bonorum capaces, et inueſtitura iuſto tempore petatur.

f) Quae vocatur der Anſatz. De modo, quo illa peragitur, dicetur ad §. *ſequ. not.* b)

g) Quod appellatur die Unmeſat i. e. Umſatz / pecunia, quae mutato poſſeſſore ſoluenda eſt. So oft das Guth einen neuen Beſitzer bekommt / ſo oft gehört dem Guts-Herrn die Unmeſat. Eius quantitas in bonis meierdingicis Reuerendiſſimi Dni Praepoſiti et Capituli Cathedralis Eccleſiae definita eſt, vt ſex pro centum ſoluantur. Alibi decima aut vigeſima pars pretii debetur, alibi praeterea alia domino et iudicio meierdingico praeſtanda ſunt. Dn. STRVBE *l. c.* §. *8.*

h) Solet hic canon der Erben-Zinß appellari. HAHN *l. c.* A meierdingis Reuerendiſſimi Dni Praepoſiti et Capituli Cathedralis Eccleſiae ſoluenda eſt pecunia ſatis exigua, der Pfennig-Zinß / von iedem Morgen 3. Pfennige / et certa frumenti quantitas, der Erben-Zinß. Dies praefinitus eſt ſecundum ſtatuta ſupremi iudicii meierdingici, unſer Lieben Frauen Latern-Tag / qui eſt feſtum natiuitatis B. Virginis, nec tamen rigide obſeruatur, ſicut in ſtatutis additur: Es wären aber die Herren noch bis auf Michael zu frieden geweſen. Moram meierdingi in canone ſoluendo commiſſam eadem

tonicam vero conditionem et gallinae i) et mor-

dem ſtatuta hoc modo coercere iubent: **Weiter gefraget:** Wann nun einer oder der andere ſeinen Erben-Zinß auf die rechte Zeit nicht ausgäbe / was deßen Straffe ſeyn ſolle? **Eingebracht:** die Herren ſollen mahnen laßen. **Ferner gefraget:** Wann ſich nun iemand an das mahnen nicht kehren wolte / wie ſich die Herren gegen denſelben verhalten ſollen? **Eingebracht:** die Herren ſollen das Gut in Kummer legen laſſen / bis ſolange ſie die Herren bezahlen. **Weiter gefraget:** Wenn ſie ſich an den Kummer legen laſſen nicht kehren wolten / wie ſich die Herren gegen dieſelbe verhalten ſollen? **Eingebracht:** Die Herren ſollen pfänden laſſen. **Nochmahls gefraget:** Wenn nun iemand ſeinen Erben-Zinß in zwey oder drey Jahren nicht bezahlte / wie man ſich gegen dieſelbe verhalten ſolle? **Eingebracht:** So ſollen die Herren an das Gut ſich ſetzen laſſen / wente ſo lange ſie das alte mit dem neuen bezahlen. **Abermahls gefraget:** Wenn es nun ſich begäbe oder zutrüge / daß iemand in den dreyen Jahren ſeinen Erben-Zinß nicht ausgäbe / ob die Herren ſich dann nicht für Erben an das Gut ſollen ſetzen laſſen? **Eingebracht:** Wann einer in dreyen Jahren ſeinen Erben-Zinß nicht ausgeben würde / ſo mögen ſich die Herren an das Gut mit treuer Hand ſetzen laſſen. Apparet hinc, qua lenitate Domini erga colonos ſuos vtantur, et quam lento gradu ad poenam deueniant. De iure, quo alia iudicia meierdingica in canone exigendo et mora poſſeſſorum coercenda vtuntur, curate agit Dn. STRVBE *l. c. §. 3. ſeqq.*

i) Quae vocatur das Hals-Huhn / tanquam praecipuum hominis proprii argumentum, ex antiquo Germaniae more, de quo HERTIVS *Paroem. iur. German. Lib. II. paroem. 11.* keine Henne fleugt über die Mauren / POTGIESSER *de Statu ſeruor. Lib. II. c. 1. §. 44.*

mortuarii k) ac praeterea bedemundae l) de-



k) Dicitur Bulewynge / Baulebung: cuius nominis vera origo a Bau / *villa*, et leben / leiben / *relinqui*, *ſuper-eſſe*: vnde, bleiben. Vid. WACHTERI *Gloſſ. Germ.* v. *Bleiben*. Vocabulum hoc primum contractum in Buling / Bauling / poſtea corruptum eſt in Baulehnung / ab originis ignaris, vt ex iis intelligitur, quae affert SCHOTTEL. *de ſingul. quib. Germ. iurib. c.* 2. Eſt itaque Baulebung / quicquid mortuus colonus in villa reliquit, quod alias quoque dicitur Gläß / h. e. Geläß / Verlaſſenſchafft. Hoc enim omne occupandi olim ius erat litonum dominis, quorum clementiae debetur, quod parte bonorum, aut re ſingulari, equo, vacca, veſte contenti eſſe voluerint, vt erudite docuerunt POTGIESSER *lib. cit. c.* 11. et Dn. STRVBE in *Obſeruat. iuris et hiſt. Germ. obſ.* 8. et *tract. de bonis meierding.* §. 12. Inde, quia ius *optionis* ſiue optimum capiendi domino competiit, alterum nomen in iure meierdingico vſitatum, die Köhr / venit. Ex bonis meierdingicis Hildeſienſibus iure mortuarii praeſtatur ein Pferd / oder / wo keine Pferde ſind / eine Kuh nechſt der beſten / ſolte aber gar kein Vieh vorhanden und hinterlaſſen ſeyn / ſo iſt Rechtens / daß die Erben des Meyerdings-Mannes ſich mit dem Meyerdings-Herrn der Baulebung halber abfinden / ſo gut / als ſie können.

l) Pecunia, quam pro conceſſa nuptias contrahendi licentia domino ſoluere oportuit adſcriptitios antiquisſimo Germaniae iure, de quo POTGIESSER *d. l. lib. II. c.* 2. §. 25. Vera nominis origo non aliunde repetenda eſt, quam a domini poteſtate in *lectum* ſiue *torum ſerui* aut *ancillae*: adeoque compoſitum eſt ex Bed / Bett / *lectus*, et *mund*, quod poteſtatem ac tutelam notaſſe ſatis conſtat. Hinc venit, quod emenda,

bita manifeſt am faciunt. m)

IIII.

Ex antiquiſſimo a) horum bonorum ſtatu,

da domino, pro lecto ancillae per ſtuprum violato, ſoluenda, hodieque Bettemund vocatur, in *Ordinat. colonar. Osnabrug. cap. 16.* Gerrae igitur ſunt, quod quidam aiunt, *Bedemundae* appellationem eſſe a precibus ore prolatis, quibus matrimonii libertas pro certa pecuniae ſumma hominibus propriis impetranda fuerit.

m) Singula iura domini in meierdingos et bona meierdingica pauciſſimis verbis accurate exprimit ſententia in iudicio meierdingico Coenobii S. Michaelis anno MCCCCLXXXVII. lata: de Herrn van Sünte Michaele hebben an ören Laet-Guet den Tinß/ (canonem) dat Richte/ (iurisdictionem) de Ummeſate/ (laudemium) de Bulewynge/ (mortuarium) den Bedemund / unde vortmeer / wen de Erwen ſterwen/ vallt dat Guet (iure dominii directi) an de Herrn. Vid. protocollum huius iudicii apud Dn. STRVBE *d. l. §. 12.*

a) Docte animaduertit Dn. GRVPEN *Obſ.* von Steuren und Dienſten in *not. p. 1044.* Conſtitutionem Leduini Abbatis S. Vedaſti Atrebatenſis *de placito generali*, quae circa annum MXX. edita eſt, apud MARTENE *Collect. ampliſſ. Tom. I. p. 381.* cum ſtatutis meierdingicis in plerisque conuenire. Ibi, poſtquam cautum de *comedo et mortua manu*, i. e. de pecunia pro licentia matrimonii ſoluenda, et de mortuario, porro de venditione vel obligatione allodii, quod ab Eccleſia tenent homines de placito generali, ſancitur: NON LICET *homini de placito generali* VENDERE, *aut* IN VADIMONIVM MITTERE *allodium placiti, aut alteri eccleſiae*

tu, ac iure, quo illa acquiruntur b) et poſ-
ſiden-

*cleſiae dare, niſi* PER LICENTIAM ABBATIS *vel* PRAEPOSITI: *verum ſi qua neceſſitate compulſus vendere, vel in vadimonium mittere illud voluerit, veniet et* OFFERET ABBATI; *ſi placuerit illi, vt redimat, leuius habere debet, quam quilibet alius; ſi noluerit, vel non potuerit redimere, dabit ei licentiam vendendi, non alicui extraneo, ſed* PROXIMO GENERIS SVI, *aut* ALICVI EIVSDEM LEGIS: NE ALLODIVM PLACITI VIDEATVR EXHEREDARI. Habemus hic veram iuris retractus in his bonis obtinentis rationem: nimirum vt bona inter *conſortes eiusdem placiti generalis* maneant, nec in extraneos ſiue exſortes transferantur: ideo primum offerri debent *domino*, quo permittente dein *conſanguineo proximo*, ac tandem alicui *conſorti eiusdem iuris ac placiti* vendi poſſunt.

b) Vnus et ſolus modus acquirendi bona meierdingica, plane vt iure Germanico quaecunque bona nexu beneficiali affecta, eſt per inueſtituram, den Anſatz/ qua non minus liberi aliique in his bonis ſucceſſores et heredes, quam emtores, alioue titulo ad ea peruenientes, opus habent. Vid. Dn. STRVBE *d. l. §. 12. p. 192. et §. 43. p. 301.* Inueſtitura vero praeſtitis praeſtandis, ſecundum formulam meierdingicam, wenn das düſtere licht gemacht worden/ fit in iudicio meierdingico, praecedente cauſae cognitione et decreto, mit Urthel und Recht. Dicitur hinc, ſich bey dem behörigen Meyerdinge von Richtern und Ambte auf vorhergehende Erkändniſſe anſetzen und verwahren laſſen. Eſt enim *inueſtire* nihil aliud, quam *confirmare*, *ſtabilire*, veſten/ beveſtigen/ verwahren/ de quo poſt ea, quae perill. Cancellarius Dn. DE WESTPHAL *Monum. ined. Rer. German. praecipue Cimbricar. Tom.*

 *III.*

ſidentur, c) venit etiam IVS RETRACTVS: cuius

*III. in praef. p. 123. ſeqq.* diſputauit, porro dubitare non licet. Apponere iuuat formulam iudicialem ex WENDELINI *Gloſſar. ad L. Salic. v. Feſtuca: Ego fundum*, IN MANVS MEAS *per venditorem deportatum*, TRADO IN MANVS TVAS, *atque immitto ſeu* INVESTIO *(confirmo) te in* REALI, ACTVALI, *et* CORPORALI *fundi eiusdem* POSSESSIONE, *addito* BANNO *et* FREDO *ſecundum legem, h. e. cum poteſtate et pace ciuili.* Pulchre omnino haec conueniunt cum ſolemni ritu ac formulis, quibus inueſtitura in iudiciis meierdingicis peragi conſueuit. Et in iudiciis quidem Reuerend. Dni Praepoſiti et Capituli Cathedralis Eccleſiae ea fit hoc modo, vt venditor, manu in pileum iudicis ſiue Vogteti meierdingici immiſſa, durch Eingreiffung in des Richters Hut / fundum dimittat, verläßt / et emtor ſimiliter, immiſſa in eundem pileum manu, fundum recipiat, aufgetragen bekommt / quo facto a iudice ſancitur fredum hac formula: Jch würcke hiemit dem Gut den Friede / und ſoll ſich keiner an das Gut vergreiffen / als der Käuffer N. N. und deſſen Erben. Nomen quoque noui poſſeſſoris libro meierdingico inſcribitur. In aliis iudiciis meierdingicis ſolet antiquiſſimum traditionis ſymbolum, ramus viridis, adhiberi. Vid. Dn. STRVBEN *l. c.* §. 7. De vſu pariter vetuſtiſſimo inueſtiturae per pileum, conferatur doctiſſima diſſertatio Viri cel. AD. HENR. LACKMANNI *de ſymbolica inueſtiendi ratione per pileum.*

c) Ex ipſo, quem iam deſcripſimus, acquirendi modo, et ex illis, quae de antiqua pariter ac hodierna bonorum meierdingicorum conditione diximus, conſtat, haec bona *iure* quidem *hereditario*, ſed *beneficiali*, imo ſimul *ſub adſcriptitio nexu*, ac praeterea in

cuius exercitio et variis de eo litibus iudicia meierdingica perſtrepunt: quodque adeo peculiari opera dignum erat d).

## V.

Conſiſtit hoc ius retractus a) in facultate intercedendi b) inueſtiturae emtoris

in *ſocietate vnius eiusdemque curtis dominicae et placiti villicalis*, in Genoſſenſchafft eines Meyerdinges / poſſideri. In his autem *fundamenta iuris retractus* ſita eſſe, ſtatim videbimus.

d) Vtique quum ill. STRVBIO in *tract. de bonis meierdingicis* §. 23. tantum de iure retractus gentilitii quaedam ex protocollis iudicialibus in medium proferre viſum fuerit.

a) Siue *ius protimiſeos legalis*, cui ſemper ineſt ius retractus. BEYER *Specim. iur. Germ. Lib. II. c. 21.* §. *30.* Notum eſt, vſu vulgari haec vocabula confundi, accurate vero loquentibus illud ſignificare facultatem intercedendi et impediendi emtionem, hoc denotare facultatem rem poſt venditionem iam conſummatam etiam a tertio repetendi. STRVV. in *Syntagm. iur. ciu. Exerc. XXIII.* §. *49.* STRYK *de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſ. VI. c. 1.* §. *3.*

b) Dicitur, Einſprache thun. Qum enim emtio venditio ſuper bonis meierdingicis celebrata per inueſtituram firmamentum, et vim alienationis perfectae accipiat, ipſi demum inueſtiturae a retrahere volente intercedendum eſt: quod, quum rite ac legitime fit, reſoluitur contractus, emtoris ac venditoris conſenſu hactenus perfectus.

ris, c) et in locum eius ſuccedendi, d) quae certis perſonis iure meierdingico e) competit.

## VI.

Eſt itaque interceſſio a) facienda publice in

c) Non enim in omni alienatione, nec in quocunque contractu locum habet retractus, ſed tantum in emtione venditione, alioue contractu, qui ei ſimilis eſt, et in quo certa pretii quantitas vel in pecunia, vel in ſpecie aeſtimata interuenit. STRYK *l. c.* §. 27.

d) Quare idem pretium, de quo inter emtorem et venditorem conuenit, actu et rite intra tempus legitimum offerre, ceteraque, de quibus poſtea dicetur, praeſtare tenetur. Hinc ſolemnis formula: In den Kauff treten.

e) Nach Meyerdings-Recht und Gewohnheit. Eſt igitur hoc ius retractus ex proprio cuiusque iudicii meierdingici iure et conſuetudine diiudicandum. Admodum enim variam in hoc etiam argumento eſſe obſeruantiam, apparebit ex differentiis, quas in retractu bonorum ad iudicia meierdingica Praepoſiturae et Capituli Cathedralis Eccleſiae Hildeſienſis pertinentium, ab aliorum iudiciorum vſu, notabimus.

a) Quae eſt ipſa actio, ſiue condictio, ad retrahendam rem venditam, coram iudicio meierdingico inſtituenda. Actiones enim in his iudiciis, vetuſtiſſimo Germaniae ac diutiſſime ſeruato more, non porrectis iudici libellis, ſed oretenus, proponendae ac eodem die, ſi fieri poteſt, finiendae ſunt.

b) Ne-

in iudicio meierdingico, b) vel ante, vel poſt petitam ab emtore inueſtituram, et a venditore factam reſignationem, c) ante tamen,

 quam

b) Neque opus eſt citatione eorum, quibus ius retractus competit. Omnes enim meierdingi in iudicio, quod indicta die celebratur, comparere debent, nec impune licet emanere non legitime impeditis. Dn. STRVBE *cit. tr.* §. 27. Sentiunt igitur hanc etiam contumaciae et negligentiae poenam, quod a iure retractus in illis bonis, quorum inueſtitura ipſis abſentibus et tacentibus peracta eſt, praecludantur. Poteſt vero abſentis nomine vtique alius ex mandato vero aut praeſumto intercedere. Ita in protocollo iudicii meierdingici Adlumb den 9. Jun. 1667. Uſtrug und verließ Henrich Wilhelmb Marheinicke/ Bürger in Hildesheim/ durch ſeine treue Hand Ludewich Meyer vermög producirten Kauffbriefs ſub dato den 30. Jun. 1695. 2. Morgen Erblandes umb und für 50. Thl. Kauf-Summe erblich auf. Hanß Lemmerholtz/ als nächſter Erbe, **thut Einſprach wegen ſeines abweſenden Vettern Cord Olffen**/ weil das Land von deßen Groß-Vatern verſetzet worden. **Eingebracht**: Müſte angeſetzet werden/ ſo fern er die Gelder in 14. Tagen und ein erlegen wird. Solet etiam praeſentium nomine interceſſio per procuratorem fieri. Imo meierdingis ius ſuum in iudicio perſequi olim non licuit niſi per procuratores, durch zugelaſſene Achts-Leute und Vorſprachen. Dn. STRVBE *cit. tr.* §. *31*.

c) Haec vero intra legitimum temporis ſpatium, binnen üblicher Meyerdings-Zeit/ facienda et, vt fiat, curandum eſt emtori. De obſeruantia iudiciorum Reuerend.

quam inueſtitura perficiatur. d) Haec vero poſt-

rend. Domini Praepoſiti et Capituli Cathedralis Eccleſiae atteſtatum iam protulit B. DE GOEBEL in *Adiunctis Diſſert. de ſingular. quib. praed. ruſt. p. 115.* **Der Anſatz muß** *ſub poena caducitatis* **innerhalb 3. oder höchſtens 4. nach Errichtung der** *pacten* **folgenden Jahren,** wofern keine erhebliche Urſachen ſelbigen zurück ſtellen/ **geſchehen, und bey demſelben das Gut verlaſſen und dem** *acquirenti* **aufgetragen werden.** De obſeruantia Capituli ad S. Mauritium perhibetur *ibidem p. 114.* tempus legitimum eſſe das erſte Meyerding. In ſtatutis Coenobii S. Michaelis ſancitum eſt *Art. XV.* Wenn einer ein Gut kauffet und ſich ſolches nicht alſobald im erſten und andern Gericht bekennen läſſet/ derſelbe ſoll vor iedes vorbey paſſirtes Gericht 18. Mgr./ das dritte Gericht aber ſeines Guts verluſtig ſeyn. Differt quandoque emtor petitionem inueſtiturae per plures annos, dum interceſſionem metuit eius, cui retractus competit. Hunc dolum emtoris poena caduci vindicari, retrahentem tamen ex gratia inueſtitum, memorat protocollum meierdingicum, Haſede d. 7. Iulii 1700. Beſpricht Bartold Sprick aus Aſell einen wüſten Hof daſelbſten/ welcher an Tielen Aſchemans Anteceſſorem für 10. Thl. verkaufft/ wäre aber ſein/ Sprick/ väterliches Erbe. **Weilen nun bemelter Aſcheman wegen befürchtender Einſprach ſich an den Hof nicht verwahren laſſen will,** ſo ſtellt zu erkennen/ ob er nicht der nächſte/ und gegen Erlegung des Pfandſchillings nachzuſetzen ſey? **Eingebracht: Weilen in 7. Jahren nicht angeſetzt,** und er/ Sprick/ der nächſte wäre/ ſo ſolte gegen Erlegung des Kauffſchillings/ **ob wohl das Land verfallen wäre, aus Gnaden** angeſetzet ſeyn.

d) Suffi-

poſtquam rite peracta eſt, non admittitur retracturus, niſi ex cauſſa. e)



d) Sufficit, ſi interceſſio facta eſt ante inueſtituram peractam, ehe noch der Anſatz wircklich geſchehen und dem Gut der Friede gewircket worden. Non ergo obeſt retracturo, ſi petita quidem ab emtore fuit inueſtitura, ſed ob cauſſam dilata eſt, ille vero, cui competit ius retractus, non ſtatim eo die, in demſelben Meyerdinge/ quo petita fuit inueſtitura, ſed poſtea, ante tamen perfectam inueſtituram, contradixit. Ita nuperrime pronuntiauit Ordo ICtorum in hac Academia, quum verum pretium in fraudem laudemii celatum eſſe diceretur, ideoque, dilata inueſtitura, cauſſa ad vlteriorem cognitionem remiſſa eſſet, ac deinde exceptio ſilentii et praecluſionis retracturo obiiceretur.

e) Nimirum ſi iuſta cauſſa, qua impeditus illi iudicio, in quo inueſtitura facta, non interfuerit, probetur. Legitima vero impedimenta in protocollis meierdingicis memorantur: Noth / GOttes Gewalt / Krieg / Kranckheit / Herrn-Geſchäffte. Ita in protocollo Bahrumb d. 13. Octobris 1691. Herrn Capitain-Lieutenant Crone ließ vorbringen / wie daß Bartold Helmſe zu Beynumb Amts Liebenburg bey ſeiner in Kriegs-Angelegenheiten erheblichen Abweſenheit ſich an einen Morgen Erblandes anſetzen laſſen; weilen aber dieſer Morgen gleich den $7\frac{1}{2}$. Morgen vor Flachs-Stöckumb auf die Ohe ſchieſſend belegen / von ſeiner Mutter Eggelings herrührte und ihm erblich gebührte / als wolte ſolchen Morgen Erblandes hiemit gerichtlich eingeſprochen haben / mit Begehren / ihn daran zu ſetzen,

## VII.

Interceſſionem factam ſiue Actionem inſtitutam ſequitur cauſſae cognitio et ſententia, more horum iudiciorum, ex ſuffragiis conſortium a) ferenda. Hac vero vel probatio fundamenti, quo nititur, b) actori impo-

ſetzen / weiln erbietig wäre / das dafür erlegte Geld zu reſtituiren. Eingebracht: Weiln durch Andreas Eggeling erwieſen / daß der nächſte Erbe wäre / und erbietig iſt / die Kaufgelder wieder zu erlegen / ſo wäre billig / daß erblich daran geſetzt würde, und iſt daran von Richter und Ambt erblich angeſetzet worden.

a) Auf Erkenntniß der Meyerdings-Erben / ſiue, vt appellari ſolent, der Meyerdings-Noten / quam appellationem inde eſſe, vulgo putatur, quia nomina eorum adſcripta et *notata* ſint in libro meierdingico. Eſt vero Germanicum vocabulum Genoſſe / Genote / contracte Gnote / et Note / vnde Meyerdings-Noten / plane vt in antiquis chartis et actis iudicialibus dicuntur Cornoten / Kohrgenoſſen / i. e. Dinggenoſſen / Dingpflichtigen / qui tanquam conſortes vnius iudicii adeſſe et inueniendis ſententiis operam nauare obſtricti ſunt, de quibus MEINDERS *de iudic. centenar. p. 290.*

b) Idque ad duo capita redit, 1) vt Actor ſit perſona, cui ſtatuta meierdingica ius retrahendi tribuunt, 2) vt in praedio, quod vult retrahere, locum habeat ius retractus: quorum modo vtrumque, modo alterutrum probandum eſt.

imponitur, vel, c) ſi de eo ſatis conſtat, d) ſtatim decernitur, inueſtituram ipſi, praeſtitis, quae oportet, faciendam eſſe.



c) Solet ſententia interlocutoria mixta ferri, qua, in euentum probationis factae inueſtiendum eſſe Actorem, decernitur. Exemplo ſit extractus protocolli meierdingici, Groſſen Allgermiſſen d. 27. Iunii 1699. Andreas Meiſner Oppermann thut Einſprache / als nächſter Erbe / wegen ſeiner Frauen / deren Groß-Vater Schweſter Kind das Land verſetzet. Henrich Hencken / als noch näherer Bluts-Verwandter / thut gleichfalls Einſprache / weilen Chriſtoph Schincke / ſo es verſetzet / ſeiner Mutter Schweſter geheyrathet. Eingebracht: Würde Meiſner inner 14. Tagen und einen beweiſen, daß das Land Weſtphalen Gut, und von ſeiner Frauen Elter-Vater herrühre, auch das Geld wieder erlegen / ſoll er der nächſte ſeyn. Item extractus protocolli Adlum 1691. Warnebold thut Einſprache wegen Gegen-Gut / ſo er hätte. Eingebracht: Wann Warnebold inner 14. Tagen erweiſen würde, daß er Gieſeken Gegen-Gut hätte, und *ius coloniae ratione* des Vorzugs angegebener Maſen erweiſen, Käuffern auch innerhalb 14 Tagen und einen die Kauff-Gelder erlegen würde/ derſelbe den Vorzug haben müſte/ wo nicht, ſoll Käuffer angeſetzet ſeyn.

d) Ex confeſſione Rei, aut ex atteſtatione meierdingorum, Bericht der Meyerdings-Noten / aut ex libro meierdingico, cui pleniſſima fides conſtat, neque contrarii probatio admittitur. Vid. Dn. STRUBE *l. c.* §. 35.

## VIII.

Competit vero ius retractus in bonis meierdingicis a) primo loco proximis ſanguine iunctis, b) deinde, his deficientibus, domino meierdingico, c) qui ſi nolit emere, datur ei, qui fiduciario iure in fundo inueſtitus eſt, d) poſt hunc vicino, e) porro pignoris vel

a) Eſt itaque, vt iam ex iis, quae ſupra §. *IIII. not.* a) et c) obſeruauimus, intelligi poteſt, iuris retractus in his bonis fundamentum triplex, *ius hereditarium*, *ius dominicum*, *ius conſortii*, magno conſenſu cum illis Germaniae moribus, quos Imperator Fridericus II. confirmauit in *Conſtitutione de iure* προτιμήσεως, *V. F. 13.* vbi *per ordinem vocantur in primis* PARENTES, i. e. ſanguine propinqui, *poſt hos* SOCII, *poſt hos illi, qui ſunt* CONIVNCTI, *etiamſi extranei ſint*, *poſt hos omnes*, *qui ſunt* SVB VNO SERVITIO, *et qui ſunt* CONIVNCTI EX ALIQVA PARTE.

b) Ex *iure hereditario*, quo meierdingis conferuntur haec bona, neceſſario ſequitur, vt primus retractui gentilitio debeatur locus.

c) Non ſolum iure *dominii directi*, ſed imo *poteſtatis herilis*, adeoque ob duplicem nexum, beneficialem et adſcriptitium, quo bona meierdingica tenentur, vt dictum ſupra ad §. IIII. *not. c*).

d) Inter *coniunctos* ſcilicet, qui *conſortii* et *ſocietatis* iure retrahunt, primus iure poſſeſſionis ciuilis, et ob operam beneficam venditori praeſtitam, eſt fiduciarius ille meierdingus, qui vocatur die treue Hand / ſo für das verkauffte Gut geſtanden.

e) Iure coniunctionis et conſortii ex confinio. Der zu dem verkaufften Gut Neben- oder Gegen-Gut hat.

vel alio iure colenti, f) denique meierdingorum, eiusdem iudicii conſortium, cuique, g) vt tamen et vicino et cultori fundi praeferatur is, qui fundum venditum ad praedium ſuum olim pertinuiſſe probauerit. h)

## VIIII.

Eſt igitur in retractu bonorum meierdingicorum praecipuum ius a) eorum, qui ven-

f) Iure nimirum coniunctionis ob poſſeſſionem naturalem, culturam et meliorationem aliis conſortibus praefertur, der das verkauffte Gut unter dem Pfluge hat.

g) Einem ieden Meyerdings-Mann / oder Noten / ob *conſortium* EIVSDEM LEGIS, vt dicitur in Conſtitutione Leduini Abbatis, ſupra ad §. IIII. *not. a)* et ob *coniunctionem* EIVSDEM SERVITII, vt dicitur in Conſtitutione Friderici II. Imp. *V. F. 13.*

h) Iure congrui, ſiue iure pertinentiarum, ob *coniunctionem ex aliqua parte*, vt eſt in citata modo Conſtitutione.

a) Quum enim generalis ratio iuris retrahendi in bonis meierdingicis haec ſit, vt ea inter *conſortes eiusdem legis, placiti ac ſeruitii* permaneant, ſintque haec bona iure hereditario poſſeſſoribus collata, facultas intercedendi inueſtiturae et reſcindendi venditionem primo loco vtique tribuenda fuit illis, ad quos fundus iure hereditario eſſet peruenturus, niſi alienaretur. Habuerunt ſecundum vetuſtiſſimos Germaniae mores proximi heredes in bonis immobilibus eius, cui ſuc-

venditori b) fundi inter ſanguine coniunctos

